HAIMO ALTISSIODORENSIS

3. Viertel 12. Jh. Seite 152r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& fidei · ibi in uenientur macula criminis deleatur
pati · In manu habent iudei eius caracterē · quia opa
diaboli faciunt. In fronte quia in eum credunt · & illū
recepturi exsp ectant · iuxta illud · Ego ueni in no
mine patris mei & nō suscepistis me · alius ueniet in
nomine suo illū suscipietis. Similiter habent
& illi qui fidem uerbotenus habent · sed opera fidei
nō habent · Proprie autem ad illud tempus pertinet hoc
quando mali apte illum sequentur reproba fide &
reproba actione · Hequis posset uendere aut emere
nisi qui habuerit caracterem & nomen bestie · aut
numerū nominis eius · Negotiū illud spūaliter ē
agendū · Dnūs quippe committens suis fidelibus
talenta doctrinę dicit · Negotiamini dū uenio.
Et bene pdicatio negotio comparatur · Sicut enī
doctores doctrinā prerogant · & fidē apostolis reportant
uitam inpetrant · & eorum penuis uitam
sumunt · Tempore itaq; antexpi · nemo taliū idē
bonorū predicatorū poterit uendere aut emere
idē nemo poterit pdicare libere xpm · quia carce
ribus reludentur · & insup interficientur · nisi
qui habuerit caracterē bestię idē fidem illius te
nuerit · & nomen eius · & numerū nominis eius
de quo in sequenti; dicemus · Caracter autem
& nomen bestię · & numerus nominis eius est ·
Verū ista mercatio nō cessabit · in his qui electi fue
rint; quō p ut uoluerint talentū diuini uerbi ero
gare curabunt · Ad has enim nundinas illi negoti
atores occurrent crimiū · helias uidelicet & enoch ·